

De Numero Radicum in Aequationibus Solidis ac  
Biquadraticis, sive tertiae ac quartae potestatis,  
earumq; limitibus, tractatus Authore E. Halley.

**C**UM in tractatulo, quem nuper publici juris feci in actis  
hinc Philosophicis, Num. 188; Methodum aperuissim,  
qua Problemata solida utcunq; affecta minimo negotio, unica da-  
ta Parabola & Circulo, simplicissime confirui possint; sub finem  
miki sepe obtulit contemplatio jucunda satis, nempe ex his Con-  
structionibus Numerum radicum in quavis Aequatione, earumq;  
Limites ac signa facile consequi ac determinari: quo circa fidem  
dedi me brevi de hac materia dissertationculam aliquam scriptu-  
rum, in qua si non Principibus, saltem secundae classis Geometris,  
me non ingratum nec inutile praefiturum omnino persuasum  
babui.

Propius vero insipienti mibi compertum est, me impruden-  
tem inter ardua Geometrica illapsum, ac jam iis tractandis de-  
signatum, quibus olim laboravere Viri illustres Harriottus no-  
stras, ac Cartesius; in quibus pari fato utriq; Paralogismum,  
(forsitan in eorum scriptis Geometricis unicum) diverso tamen  
modo, admisere; uti posthac probabitur: sed Quandoq; bonus  
dormitat. Qua propter agnita rei tum difficultate tum præ-  
stantia, totis viribus incumbere statui, ne promissis exequendis  
impar crederer, ac ne Geometria pars tam eximia, tamq; parum  
culta, diutius tenebris involuta lateret; sed ope nostra lucide  
bis paucis exposita daretur.

Imprimis vero Lectorem monitum velim, quod dum his legen-  
dis operam dat, oportet prædictam dissertationem Num. 188.  
editam, ad manum babere, ac Constructiones ibidem traditas pro-  
be callere; quia quæ sequuntur ab illis maxima ex parte pendent,  
quas tamen hic repetere vix integrum esset.

Ccc

Ex



Ex Cartesio & ex ibi dictis constat, tam in Cubicis quam in Biquadraticis aequationibus, radices exponi posse demittendo perpendicularia in Axem, datamve diametrum Parabolæ datæ, ab intersectionibus Curvæ illius cum Circulo. Cumq; Circulus Parabolam secans, vel in quatuor vel duobus punctis eam intersecare necesse est, constat in Biquadraticis vel duas vel quatuor radices veras, Affirmativas vel Negativas, semper haberri; uti etiam si forte Circulus illam tangat, quo in casu aequalitas duarum radicum ejusdem signi concluditur. In Cubicis autem, quoniam una ex intersectionibus ad Constructionem requiritur, non nisi una vel tres reliqua radices designant unam vel tres; uti in Casu contactus, unde constat duas aequales reperiiri Radicis, Problemaq; unde resultat aequatio revera planum esse.

Cubicæ itaq; omnes quomodocunq; affectæ una vel triplici radice explicabiles sunt, utiq; semper possibles, nempe si radices Negativas pro veris admiseris: sic Biquadraticæ, quarum terminus ultimus r signo — affecta est, duabus vel quatuor. Ast si habeatur + r in aequatione, eaq; tanta sit, ut  $\sqrt{GD^q - a} r$ , (vide fig. pag. 341.) minor sit quam ut Circulus, eo Radio ac centro G descriptus, Parabolam contingere in aliquo puncto possit, aequatio data omnino impossibilis est, nec ulla Radice Negativa vel Affirmativa explicabilis: Sed de his plura in sequentibus.

Quoniam vero tanta intercedit differentia inter casus Cubicarum & Biquadraticarum, ut simul comprehendi nequeant; primum Cubicas deinde alteras tractabimus. Cubicæ vero infinitis Circulis in data Parabola construuntur, Biquadraticæ autem unico tantum (saltem bis methodis): id adeo quia ponendo z — e five indeterminata aliqua, aequalem nihilo, aequatio Cubica reducitur ad Biquadraticam easdem radices cum Cubica habentem, atq; insuper aliam ipsi e aequalem; unde fit ut tot Circulis diversis construi possit Cubica, quot imaginari velis quantitates e, id est infinitis. Inter has vero Constructiones illa, quam dedi (pag. 342.) longe facillima est. Huic tamen non multum cedit alia, que ad emicleationem Numeri Radicum, earumq; limitum

tum magis accommodata videtur, quæq; ortum trabit ex ablatione secundi termini, ponendo modo vulgari  $x = z + \text{vel} - \text{tertia}$  parte Coefficientis termini secundi. Hæc autem est. Date Parabola ABY (Fig. I.) ejusq; Vertice A, axe AE & Laterale recto a, reducatur æquatio ad formam consuetam, viz.  $z^2 - bz^2 + apz^2 - aqz^2 = 0$ . Deinde ad distantiam  $\frac{b}{a}$  ducatur Axi parallela BK, dextrorsum quidem si fuerit  $+ b$ , aliter sinistrorsum, Parabolæ occurrentis in B; ac linea suppositæ AB erigatur perpendicularis utrinque interminata DP, axi occurrentis in puncto G. De B in Axem demitte perpendicularum BC, & ipsi AC fiat GE semper æqualis, ac versus inferiora ponatur. Ab E fiat EH =  $\frac{b}{a}$  p, sursum quidem, si in æquatione fuerit  $+ p$ , deorsum vero si  $- p$ , ac e puncto H (vel ex E si defuerit quantitas p) educatur perpendicularum HQ interminata DP occurrentis in puncto O. Denique in linea HQ interminata, fiat OR =  $\frac{b}{a}$  q, ab O dextrorsum si fuerit  $- q$ , sinistrosum si  $+ q$ , collocanda: ac Circulus centro R, radio RA descriptus, tot punctis secabit Parabolam, quot æquatio proposita veras habet radices; eæq; erunt perpendicularia ZY a punctis intersectionum Y in axi parallelam BK demissa; quarum quæ ad dextram lineæ BK Affirmatiæ sunt, ad sinistram Negativæ.

Hujus Constructionis commoditas in eo consistit, quod circulo per Verticem transeunte peragitur, perinde ac si defuissest secundus Terminus; ideoq; ad Radicum Numerum determinandum, sufficit Loci sive Lineæ Curvæ proprietates perspectas habere, quæ spatia discriminat, ubi si ponatur centrum Circuli qui per Parabolæ Verticem transeat, circumferentia ejus vel uno vel tribus aliis punctis eam secabit; hoc est Lineæ curvæ, in quam incidunt centra omnium Circulorum per verticem transeuntium ac deinde Parabolam tangentium, naturam definire.

Locus autem ille est Paraboloidis, quam cum Cl. Wallisio semicubicalē appellare licet, sive in qua Cubi applicatorum ad Axem sunt inter se ut Quadrata portionum Axis. Cuius Latus rectum est  $\frac{2}{3}$  Lateris recti datae Parabolæ, Vertex vero punctum V (Fig. I.) existente AV dimidium lateris recti ejusdem Parabolæ. Hoc est, si ponatur Unitas pro latere recto datae Parabolæ,

bolæ,  $\frac{8}{7}$  cubi ordinatim applicatae aquabuntur quadrato partis diametri, sive cubus ex  $\frac{2}{3} VH$  quadrato ex HR, si scil. R sit centrum circuli qui per verticem Parabolæ transeat eamq; deinde contingat; Hæc est Curva illa quam primus mortalium Nelius Nostras rectæ datæ aqualem demonstravit, eaq; occasione apud Principes Geometras dudum celebris; ejusq; proprietates Cl. Wallisius sub finem Libri de Cissoide, & Hugenius prop. 8 & 9 de linearum Curvarum evolutione, alioq; acri ingenio disquisitive, Quorum scripta consulat Lector. Hæc Curva utrinq; ab Axe Parabolæ descripta, viz. VNL, VPX, spatium complectitur, in quo si ponatur centrum Circuli, qui per verticem A transeat, intersecabit ille Parabolam in tribus aliis punctis; Spatia vero ab Axe remotiora centra præbent circulis non nisi uno præter verticem puncto Parabolam secantibus.

His probe intellectis jam ad determinandum Radicum numerum accingimur: Ac primum deficiat secundus terminus; fitque Latus rectum 1, vel AV =  $\frac{1}{2} p$ ; In constructione VH est  $\frac{1}{2} p$ , HR vero  $\frac{1}{2} q$ ; cumq; si fuerit  $+ p$ , ab V versus superiora ponendo sit  $\frac{1}{2} p$ , centrum circuli extra spatium LVX semper constituitur; ideoq; una tantum radice explicabilis est, affirmativa si  $- q$ , negativa si  $+ q$ : quæ quidem radices Cardani Regulis investigantur. Si vero fuerit  $- p$ , VH =  $\frac{1}{2} p$  inferne ponitur, ac fieri potest ut HR cadat inter Axem & Curvam VX vel VL, si scilicet Cubus ex  $\frac{2}{3} VH$ , sive ex  $\frac{1}{2} p$ , major sit quam quadratum ex  $\frac{1}{2} q$ , sive  $\frac{2}{7} pp$  major quam  $\frac{1}{4} qq$ , quo in casu tres dantur radices, duas Negativæ, si fuerit  $- q$ , ac una Affirmativa earum summa æqualis; vel si  $+ q$ , duas Affirmativæ unaq; Negativa. Quod si  $\frac{1}{2} pp$  minor sit quam  $\frac{1}{4} qq$ , una tantum reperitur Radix, Affirmativa si  $- q$ , negativa si  $+ q$ . Atq; hæc passim docentur ab iis qui hanc Geometriæ partem tractarunt.

Jam adsint omnes termini, ac primum proponatur, Exempli causa, æquatio hæc  $z^3 - z^2 b + z p - q = 0$ ; cui etiam Figuram I. adaptavimus. In hujus constructione BC =  $\frac{1}{2} b$ , VG =  $\frac{1}{2} AC$  =  $\frac{1}{2} bb$ , VE =  $\frac{1}{2} bb$ , VH =  $\frac{1}{2} bb - \frac{1}{2} p$ , GH =  $\frac{1}{2} bb - \frac{1}{2} p$  vel  $\frac{1}{2} p - \frac{1}{2} bb$ , hinc HO =  $\frac{1}{2} b^3 - \frac{1}{2} b p$  vel  $\frac{1}{2} b p - \frac{1}{2} b^3$ , atq; HR sive distan-

tia Centri circuli R ab Axe, est semper differentia inter  $\frac{1}{2}b^2 + \frac{1}{4}q$ ; quæ si æquantur, centrum cadit in Axe; si  $\frac{1}{2}b^2 p$  major sit quam  $\frac{1}{2}b^2 + \frac{1}{4}q$  ad sinistram Axis, sin minor ad dextram. Si itaq; Cubi ex VH, (hoc est ex  $\frac{1}{2}b^2 b - \frac{1}{4}p$  quam nominemus à) Latus quadratum sive  $\sqrt{ddd}$ , majus sit quam HR, sive differentia inter  $\frac{1}{2}b^2 + \frac{1}{4}q$  &  $\frac{1}{2}b^2 p$ ; reperitur centrum R intra spatiū N P V, Paraboloidibus V P X, V N L ac recta interminata D N P circumscripsum: ac proinde circulus Parabolam secabit in tribus punctis Y, Y, Y, ad dextram lineæ BK sitis, atq; ad eamæ æquatio tres habet radices Affirmativas. Centro vero extra hoc spatium N V P constituto, non nisi una radice Affirmativa explicari potest. Hic obiter notandum rectam DP Paraboloidem V P X tangere in punto P, existente EP  $\frac{1}{2}b^2$ ; alteram vero V N L secare in punto N, ita ut demissæ in axem Perpendiculo N F, VF sit pars quartæ ipsius EV sive  $\frac{1}{4}bb$ , N F vero  $\frac{1}{4}b^2$ . V W autem, quæ e punto V axi perpendiculariter erecta lineæ DP occurrit in W, æqualis est  $\frac{1}{4}bbb$  sive EP.

Hinc tuto concluditur si in æquatione vel p major sit quam  $\frac{1}{2}bb$ , vel q major quam  $\frac{1}{2}b^2$ , non nisi unam eamq; affirmativam radicem reperiiri; Fallit itaq; Regula Cartesii (Edit. Amst. 1659 pag. 70) ubi tot veras dari radices quot sunt in æquatione mutationes signorum + & - pronunciat, frustra etiam in Commentariis suis Sphalma hoc excusante Schootenio; Fungi enim possunt infinite plures æquationes præcedentis formulæ tres signorum mutationes habentis, quæ unam tantum quam quæ tres habeant radices. Propositio etiam quinta Sectionis quintæ Artis Analyticae Harriotti Noftri, uti Prob. 18 Numerose potest. Resol. Vietæ, vix satis firma est, cum ex limitationibus quas ibi posuerunt, toti parallelogrammo PIV W id conveniat, quod sili spacio N V P jam competere probavimus, hoc est ut centrum præbeat circulo tribus aliis punctis præter verticem Parabolam secante.

Quantitas autem q, sive terminus ult., datis b & p, ea lege ut p minor sit quam  $\frac{1}{2}bb$ , accurate limitatur ex præcedente æquatione  $\sqrt{ddd} = \frac{1}{2}b^2 + \frac{1}{4}q$  &  $\frac{1}{2}b^2 p$ ; cum scil. Circulus Parabolæ

lam contingat. Itaq;  $\frac{1}{2}q$  minor esse debet quam  $\frac{1}{2}b p - \frac{1}{2}b^3 + \sqrt{ddd}$ ; at si  $p$  major fuerit quam  $\frac{1}{2}b b$ , majorem etiam esse oportet  $\frac{1}{2}q$  quam  $\frac{1}{2}b p - \frac{1}{2}b^3 - \sqrt{d^3}$  ne cadat centrum in spatio N V W: Atq; bis conditionibus aequatio semper triplici radice explicabilis erit, aliter non nisi una. Semper vero, sive tres sive una, Affirmativa sunt, ob positionem centri R ad dextram linea DP.

Atq; hic est casus maxime difficilis, ita ut quicunq; præmissa bene calleat sequentia facili negotio intelliget. Detur jam aequatio  $z^3 - bz^2 + pz - q = 0$ . Hic ut tres habeantur radices, oportet centrum circuli alicubi intra spatum P N Δ, rectis P N, P Δ & curva Paraboloidis N Δ definitum, reperi-ri; quapropter cum E F sit  $= \frac{1}{2}b b$ ,  $p$  minor esse debet quam  $\frac{1}{2}bb$ ; jam ad determinationem quantitatis  $q$ , existente  $d = \frac{1}{2}bb - \frac{1}{2}p$  ut antea,  $\sqrt{ddd} + \frac{1}{2}bbb - \frac{1}{2}bp$  semper major esse debet quam  $\frac{1}{2}q$ , ut constituantur centrum circuli in spatio prædicto P N Δ: quod cum sit aequatio talis duas habet radices Affirmativas ac unam negativam. Si vero  $p$  majo. est quam  $\frac{1}{2}b b$ , vel  $\frac{1}{2}q$  major quam  $\sqrt{ddd} + \frac{1}{2}bbb - \frac{1}{2}bp$ , non nisi una eaq; negativa radice explicabilis est.

Proponatur jam aequatio  $z^3 - bz^2 - pz - q = 0$ . Ut hac aequatio tres habeat Radices, oportet centrum circuli inveniri in spatio indefinito, inter rectam D P D & curvam Paraboloidis P X; hic quantitas  $p$  non est obnoxia limitationibus,  $\frac{1}{2}q$  vero semper minor esse debet quam  $\sqrt{ddd} - \frac{1}{2}bbb - \frac{1}{2}bp$ , posito  $d = \frac{1}{2}bb + \frac{1}{2}p$ : Hoc pacto duæ dantur Radices Negativaæ, ac una Affirmativa; aliter vero si  $\frac{1}{2}q$  major sit quam  $\sqrt{ddd} - \frac{1}{2}bbb - \frac{1}{2}bp$ , unica tantum Affirmativa exponi potest. Quarto loco sit aequatio  $z^3 - bz^2 - pz + q = 0$ , quæ duas Affirmativas habet Radices ac unam Negativam si centrum circuli reperiatur in spacio indefinito inter rectas P Δ, P D ac curvam Paraboloidis Δ L; hoc est, (posito  $d = \frac{1}{2}bb + \frac{1}{2}p$ ) si  $\frac{1}{2}q$  minor sit quam  $\sqrt{ddd} + \frac{1}{2}bbb + \frac{1}{2}bp$ ; si vero  $\frac{1}{2}q$  major bac quantitate fuerit, una tantum Negativa ineſt radix.

Quatuor autem aequationes reliqua, in quibus habetur  $+b$ , quo- ad limitationem Numeri Radicum non differunt a prædictis, si sig- num

num termini ultimi mutetur, servato signo termini tertii; que vero Affirmativa erant radices in illis hic sunt Negativa; & vice versa. Sic in aequatione  $z^3 - bz^2 + pz - q = 0$ . Una vel tres erant Affirmativa Radices; in hac vero  $z^3 + bz^2 + pz + q = 0$  vel una vel tres Negativa sunt, sub iisdem conditionibus; nulla vero omnino Affirmativa. Sic in  $z^3 + bz^2 + pz - q = 0$ , duæ sunt Negativa & una Affirmativa, si p minor sit quam  $\frac{1}{2}b$ , ac  $\frac{1}{2}q$  minor quam  $\sqrt{d^3 + \frac{1}{27}b^3} - \frac{1}{3}bp$ , quemadmodum in  $z^3 - bz^2 + pz + q = 0$  duæ erant Affirmativa & una Negativa; excedentibus autem leges prescriptas p vel q, una tantum bic est radix Affirmativa, quæ ibi Negativa erat. Pari modo in  $z^3 + bz^2 - pz + q = 0$  vel duæ sunt Affirm. ac una Neg. vel una Negativa tantum. Deniq; iisdem de causis in aequatione  $z^3 + bz^2 - pz - q$  duæ sunt Negativa & una Affirm. vel una Affirm. tantum, quibus in aequatione  $z^3 - bz^2 - pz + q$  duæ erant Affirm. & una Negativa, vel una Negativa tantum, nempe prout  $\frac{1}{2}q$  major vel minor fuerit quam  $\sqrt{d^3 + \frac{1}{27}b^3} + \frac{1}{3}bp$ .

Si defuerit terminus tertius, sive p z, centrum R semper cadit in linea IPEΔ, quocirca si fuerit  $z^3 - bz^2$ . \*. - q vel  $z^3 + bz^2$ . \*. + q, una tantum esse potest radix, si - b Affirmativa, si + b Negativa. At si fuerit  $z^3 - bz^2$ . \*. + q vel  $z^3 + bz^2$ . \*. - q, duæ possunt esse Affirmativa ac una Negativa in priore, vel una Affirm. & duæ Neg. in posteriori, cadente centro in linea PΔ inter P ac Δ, hoc est si  $\frac{1}{2}q$  minor sit quam  $\frac{1}{27}b^3$ ; sin major fuerit, una tantum Negativa in priore, vel una Affirm. in posteriore dari potest.

Hæcenus numerum radicum in Cubicis aequationibus plenius assecuti sumus, restat ut nonnulla adjiciam de quantitate radicum. Hic primum notandum quod omnis aequatio tres habens radices ope Tabulae Sinuum, Trisectione scilicet anguli, satis expedite resolvi possit; ponendo scil.  $\sqrt{\frac{1}{3}bb - \frac{1}{4}p}$  vel  $\sqrt{\frac{1}{4}d}$ , si fuerit + p in aequatione, vel  $\sqrt{\frac{1}{3}bb + \frac{1}{4}p}$ , si - p, pro Radio Circuli; Angulum vero trisecandum qui Sinum habeat in Tabula Sinuum  $\frac{\frac{1}{27}b^3 + \frac{1}{3}bp + \frac{1}{2}q}{\sqrt{ddd}}$ : Invento hoc angulo, Sinus

tertia partis ejus, ut & Sinus tertiae partis compl. ad Semicirculum, eorumq; summa, ex Tabula Sinuum dabuntur. Hi vero Sinus in Radium  $\sqrt{\frac{3}{2}b + p}$  ducendi sunt, & habebuntur quantitates ( $y \propto$ ,  $y \propto$ ,  $y \propto$ , in Fig.) quarum &  $b$  vel summa vel differentia, prout casus postulat, veras radices Aequationis exhibebunt. Hæc omnia ex inventis Cartesii derivantur: Ut vero casus omnes quoniam fieri possit breviter complevar, dico quod centro R, in prima æquationum formula, cadente in spacio VGP, solutiones due Y, Y, cadunt inter I & II. ac proinde utraq; ex minoribus radicibus minor est quam  $b$ , tertia autem & major semper superat  $\frac{1}{2}b$ , superatur vera a  $b$ . Quod si cadat in spacio GNV, duæ majores sunt quam  $\frac{1}{2}b$ , minores vero quam  $\frac{1}{2}b$ , tertia vero est  $b -$  duabus alteris. ac proinde minor quam  $\frac{1}{2}b$ : sed adhibita limitatione quantitatis p, arctioribus terminis radicis includuntur. Maxima enim radix minor est quam  $\sqrt{\frac{3}{2}b - \frac{1}{2}p + \frac{1}{2}b}$ , major vero quam  $\sqrt{\frac{3}{2}b - \frac{1}{2}p + \frac{1}{2}b}$ ; at cum  $\frac{3}{2}b$  minor est quam p, limes ille fit  $\sqrt{\frac{3}{2}b - \frac{1}{2}p + \frac{1}{2}b}$ . Radix media semper minor est quam  $\sqrt{\frac{3}{2}b - p + \frac{1}{2}b}$ ; major vero quam  $b - \sqrt{\frac{3}{2}b - \frac{1}{2}p}$ ; hunc vero limitem nunquam excedit radix minima, sed cum quantitate q evanescit.

In secunda formula prescriptis legibus due sunt affirmativa ac una negativa, ac cadente centro in spacio GAE altera ex affirmativis major est, altera minor quam  $\frac{1}{2}b$ , major vero non excedit b, Negativa autem major non esse potest quam  $\sqrt{\frac{3}{2}b - \frac{1}{2}b}$ , est autem differentia ipsius b & summa Affirmativarum. Centro autem in spacio ENG  $\Delta$  posito, utraq; Affirmativa major est quam  $\frac{1}{2}b$ , minor vero quam  $\sqrt{\frac{3}{2}b + \frac{1}{2}b}$ , Negativa vero semper minor est quam  $\frac{1}{2}b$ . Limites autem propriores ex data p evadunt, radicis quidem maximæ Affirmativæ  $\sqrt{\frac{3}{2}b - p + \frac{1}{2}b}$ , qua semper minor est, ut & major quam  $\sqrt{\frac{3}{2}b - p + \frac{1}{2}b}$ ; hoc tamen limite minor est altera Affirmativa, quæ cum quantitate q minuitur: Negativa vero semper minor est quam  $\sqrt{\frac{3}{2}b - p - \frac{1}{2}b}$ , ac deficiente quantitate q evanescit.

In tertia formula duæ Negat. sunt ac una Affirmativa: in hac, ut &

ut & in quarta, Radices non limitantur a quantitate b. Affirmativa vero semper minor est quam  $\sqrt{\frac{1}{4}b^2 + \frac{1}{4}p^2 + \frac{1}{2}b}$ , major tamen quam  $\sqrt{p^2 + \frac{1}{4}b^2 + \frac{1}{2}b}$ : maxima vero ex Negativis semper major est quam  $\sqrt{\frac{1}{4}b^2 + \frac{1}{4}p^2 - \frac{1}{2}b}$ , minor vero quam  $\sqrt{p^2 + \frac{1}{4}b^2 - \frac{1}{2}b}$ . Minor autem ex Negativis semper minuitur cum minuta quantitate q.

In quarta formula, cadente centro intra spatium L Δ P D; si duæ sint Affirmativa ac una Negativa, maxima ex Affirmativis major esse nequit quam  $\sqrt{p^2 + \frac{1}{4}b^2 + \frac{1}{2}b}$ , nec minor quam  $\sqrt{\frac{1}{4}b^2 + \frac{1}{4}p^2 + \frac{1}{2}b}$ ; minor vero radix ab hoc limite minuitur, minuta quantitate q. Negativa autem minor est quam  $\sqrt{\frac{1}{4}b^2 + \frac{1}{4}p^2 - \frac{1}{2}b}$ ; major vero quam  $\sqrt{p^2 + \frac{1}{4}b^2 - \frac{1}{2}b}$ .

Notandum vero hic radices Negativas ubiq; signo Affirmativo notari, quia haec sunt radices Affirmativa quatuor aequationum illarum, in quibus habitur  $+b$ , ac q signo contrario notatur; ut supra monui. Horum omnium demonstratio ex eo consequitur, quod ubicung; centrum circuli R incidit in Lineas Curvas V P X vel V Δ L, circumferentia ejus Parabolam tangit in puncto, cuius distantia ab axe est  $\sqrt{\frac{1}{3}VH}$ , eamq; secat ex altera Axis parte, ad distantiam  $2\sqrt{\frac{1}{3}VH}$ ; cum vero centrum cadit in lineam D P D, altera ex radicibus fit = 0, ac proinde Cubica reducitur ad Quadraticam, sive ad  $z^2 - bz + p = 0$  cuius radices limites designant ubi evanescit quantitas q: ac quo minor est q, eo propius ad has limites accedunt radices. Quadratica est etiam cum centrum cadit in Axe; hoc est, cum  $\frac{1}{2}q = \frac{1}{2}b$   $p - \frac{1}{7}b^2$  in prima formula; vel  $\frac{1}{2}q = \frac{1}{7}b^2 b - \frac{1}{2}b^2 p$  in secunda; in tertia impossibile est; at in quarta cum  $\frac{1}{2}q = \frac{1}{2}b^2 b + \frac{1}{2}b^2 p$ ; quo in casu minor ex Radicibus Affirmativis est  $\frac{1}{2}b$ , major  $\sqrt{\frac{1}{4}b^2 + p^2 + \frac{1}{2}b}$ ; Negativa vero  $\sqrt{\frac{1}{4}b^2 + p^2 - \frac{1}{2}b}$ . In prima, Radices sunt  $\frac{1}{2}b$  &  $\frac{1}{2}b \pm \sqrt{\frac{1}{4}b^2 - p^2}$ . In secunda vero formula,  $\frac{1}{2}b$  &  $\sqrt{\frac{1}{4}b^2 - p^2} \pm \frac{1}{2}b$  sunt Affirmativa: Negativa autem  $\sqrt{\frac{1}{4}b^2 - p^2} - \frac{1}{2}b$ .

Atq; haec in Cubicis sufficere posse videntur; ob eximum vero Usum Metodi, qua ope Tabulae Sinuum radices harum aequationum

onum inveniuntur, placuit unum vel alterum exemplum adjungere, ut praxis illius compendium inde innoteat. Proponatur  
 $\text{Æquatio } z^3 - 39z^2 + 479z - 1881 = 0;$  quarantur  
 radices  $z.$   $\sqrt{\frac{1}{3}bb - \frac{1}{3}p} = \sqrt{9\frac{1}{3}} = \sqrt{d},$  cuius duplum  $\sqrt{37};$   
 radius est Circuli; &  $\frac{\sqrt{\frac{1}{3}bbb + \frac{1}{3}q - \frac{1}{3}bp}}{\sqrt{ddd}} = \frac{2197 + 940\frac{1}{3}}{9\frac{1}{3}\sqrt{9\frac{1}{3}}}$

$= 3113\frac{1}{3}$ , sive  $\frac{24}{9\frac{1}{3}\sqrt{9\frac{1}{3}}}$  est sinus Tabularis Anguli, hoc, est,  
 facta divisione ope Logarithmorum, Log. 9.9251560, cui respon-  
 det, Angulus 57gr. 19m. 11s.  $\frac{1}{3}$ . Hujus tertia pars 19g. 6m. 24s.  
& complementi 40g. 53m. 36s. Sinus dant Log. 9.514983.  
& 9.816011, qui ducti in Rad.  $\sqrt{37};$  producunt Y &, & Y &  
 Log. 0.301030 = 2 & Log. 0.601059 = 4, tertia vero Y &  
 equalis est eorum summa sive 6. Ideoq; radices sunt  $13 - 4 = 9.$   
 $13 - 2 = 11$  &  $13 + 6 = 19,$  ex quibus singulis conflatur predicta  
 æquatio. Ubi Notandum duas minores radices non exceedere  
 $\frac{1}{3}b$  vel  $13,$  quia centrum R in constructione cadit ad dextram  
 Axis; id est  $\frac{1}{3}b$  p minor est quam  $\frac{1}{3}b^3 + \frac{1}{3}q.$

Exemplum alterum sit  $x^3 - 15x^2 - 229x - 525 = 0.$   
& querantur radices.  $\sqrt{\frac{1}{3}bb + \frac{1}{3}p} = \sqrt{101\frac{1}{3}} = \sqrt{d},$  & Ra-  
 dius Circuli  $\sqrt{405\frac{1}{3}},$   $\frac{\frac{1}{3}b^3 + \frac{1}{3}bp + \frac{1}{3}q}{\sqrt{ddd}} = \frac{125 + 572\frac{1}{3} + 262\frac{1}{3}}{101\frac{1}{3}\sqrt{101\frac{1}{3}}}$

$= \frac{960}{101\frac{1}{3}\sqrt{101\frac{1}{3}}} =$  Sinui Tabulari Arcus, cuius Log. 9.9736426,  
& Arcus ipse 70gr. 14m. 22s. hujus pars tertia est 23gr. 24m.  
 $47\frac{1}{3}s.$  & complementi 36. 35.  $12\frac{1}{3};$  quorum Sinus Log.  
 sunt 9.599183 & 9.775275, quibus addito Log.  $\sqrt{405\frac{1}{3}}$  fiunt  
 Log. 0.903089 = 8 & Log. 1.079181 = 12, & eorum summa  
 = 20. Hinc concluditur  $20 + \frac{1}{3}b$  vel  $25$  aquari radici Affir-  
 mativæ, & 8 & 12 -  $\frac{1}{3}b$  sive 3 & 7 Negativis. Quod si æ-  
 quatio fuisset  $x^3 + 15x^2 - 229x + 525 = 0,$  & 7 fuissent Affir-  
 mativæ; 25 vero Negativa. Cæteræ autem Cubicæ unica  
 tantum Radice explicabiles juxta Regulas Cardani resolven-  
 dæ sunt, postquam demptus fuerit secundus terminus; nec vi-  
 deo quo pacto minori calculo hoc negotium peragi possit. At si  
 desideretur radix hæc in Quantitatibus b, p, q expressa, dico  
 eam

eam esse in prima formula,  $\frac{1}{2}b + \text{vel - summa vel differentia}$   
 Radicum Cubicarum ex  $\sqrt{\frac{1}{2}qq - \frac{1}{16}p^2 b^2 + \frac{1}{27}b^3 q - \frac{1}{2}bpq + \frac{1}{2}p^3 + \frac{1}{27}b^3 + \frac{1}{2}q - \frac{1}{2}bp}$ : viz.  $+$ , si  $\frac{1}{2}b^3 + \frac{1}{2}q$  major sit quam  $\frac{1}{2}bp$ , aliter  $-$ ; Summa vero quoties  $\frac{1}{2}b$   $b$  major est quam  $p$ ; sin minor fuerit  $\frac{1}{2}b$   $b$ , differentia. Inq; cæteris formulis radix semper conflatur ex iisdem elementis, variatis tamen signis  $+$  &  $-$ , ut facile percipiet qui velit experiri.

Ope vero Tabula Logarithmica Sinuum Versorum Radices hæ satis prompte inveniuntur; nempe si Coefficients Numeri sint Surdi vel fracti, ac radices Numeris ineffabiles; ut plerumq; fit. Hæc autem est Regula: In prima ac secunda formula, si  $\frac{1}{2}b$   $b$  minor sit quam  $p$ ; sit  $\frac{1}{2}p - \frac{1}{2}b$   $b$  =  $d$ , & posta differentia inter  $\frac{1}{2}bp$  &  $\frac{1}{2}b^3 + \frac{1}{2}q$ , hoc est HR, in prima, ac inter  $\frac{1}{2}bp + \frac{1}{2}q$  &  $\frac{1}{2}b^3$ , in secunda, pro Radio; inveniatur angulus cuius Tangens est  $d\sqrt{d}$ . Deinde ut Co-sinus hujus anguli, ad ejusdem Sinum versum: ita differentia pro Radio habita, ad quartum; cuius Latus cubicum trisecando Logarithmum habebitur: ac diviso  $\frac{1}{2}p - \frac{1}{2}b$   $b$  per hoc Latus Cub. e Quoto subducatur Divisor: Residuum erit quantitas Y &, in Fig. I. Hujus Residui ac  $\frac{1}{2}b$  summa, si centrum cadit ad dextram Axis, aliter differentia earundem, Radix erit quæfita. Quod si  $\frac{1}{2}b$   $b$  major sit quam  $p$ , posito HR pro Radio, sit  $d\sqrt{d}$  sive distantia Paraboloidis ab Axe, Sinus Arcus cuiusdam; Hujus Sinus versus ducatur in Radium, sive  $\frac{1}{2}bp - \frac{1}{2}b^3 + \frac{1}{2}q$ , ac trisectori producti Logarithmo, habebitur ejus Latus Cubicum, per quod dividatur  $\frac{1}{2}b$   $b$   $- \frac{1}{2}p$ . dico Quoti ac divisoris summam eadem Lege additam vel ablatam ex  $\frac{1}{2}b$ , Radicem quæfitam exhibere. Ac par est ratio in tertia ac quarta formulis, nisi quod  $\frac{1}{2}b$   $b$   $+ \frac{1}{2}b$   $p$   $\pm \frac{1}{2}q$  pro Radio assumenda est, ac  $\frac{1}{2}b$   $b$   $+ \frac{1}{2}p$  in  $\sqrt{\frac{1}{2}b^2 + \frac{1}{2}p^2}$  sive  $d\sqrt{d}$  pro Sinu: Sed hec præcepta exemplis fortasse melius percipientur.

Sit equatio Cubica  $z^3 - 17zz + 54z - 350$ , ac quæratur Radix  $z$ : Hic  $\frac{1}{2}b$   $b$  major est quam  $p$ , sed  $q$  major est quam Cubus ex  $\frac{1}{2}b$ , ideoq; una tantum Affirmativa Radice explicabilis est. Nam  $\frac{117}{27} - \frac{54}{3}$  est  $d$ , ac  $\frac{117}{27}\sqrt{\frac{127}{27}}$  pro Sinu habenda est, ad Radium  $\frac{127}{27} + 175 - 153$ , hoc est  $\frac{127}{27}$ :

*Arcus vero competens fit 15gr. 3m. 49s. Hujus Sinus Versi Log. 8.5362376. additus Log. Radii 2.3095913. dat. 0.8457-889. cuius tertia pars 0.2819276. est Log. Radicis Cubicæ 1.91394, quo divisore diviso  $\frac{1}{9}$  sive d, fit Quotus 7.37281; Quoti ac divisoris summa, aucta additione  $\frac{1}{3}b$ , fit Radix qua-sita, nempe 14.9534, &c.*

*Exactis Cubicis Biquadraticas jam aggrediamur; Haec semper vel nullam, vel duas, vel quatuor Radices veras habent, quarum determinatio partim a Coefficientibus, partim a signo & magnitudine numeri absoluti dati, pendet; Harum omnium Constructionem generalem (in N°. 188. Pag. 341) satis concinnam prodidi, quam Lector jam vidisse supponitur; Figuram tamen eo spectantem (Fig. II.) buc transferre visum est. In Constructione æquationis  $z^4 - bz^3 + pz^2 - qz + r = 0$ , fit  $BD = \frac{1}{4}b$ ,  $AB = \frac{1}{6}b$ ,  $BK = \frac{1}{2}$ , sive dimidio Lateris recti,  $KC = 2AB = \frac{1}{3}b$ .  $KE = \frac{1}{6}b$ ,  $AE = \frac{1}{2} = \frac{1}{6}bb - \frac{1}{6}p$ ,  $FE = \frac{1}{6}b^2 - \frac{1}{6}bp$ , ac  $EG = \frac{1}{6}b^2 - \frac{1}{6}bp + \frac{1}{6}q$ ; quis facto Circulus centro G, Radio  $\sqrt{GD^2 - r}$ , intersecabit Parabolam vel nullo, duobus aut quatuor punctis, quæ perpendicularis in lineam DH, Radices omnes z exhibent. Ut autem quatuor sint, evidens est centrum circuli alicubi constitui debere intra spatiū, de cuius puncto quovis tria perpendiculara in Curvam Parabolæ demitti possint; atq; simul radium minorem esse maximo ex illis perpendicularibus, majorem vero medio. Quod si centrum constituatur extra hoc spatiū, ut non nisi una perpendicularis in Parabolam demitti possit, qua major sit radius; vel si minor sit media ex tribus perpend. major vero quam minima ex illis, duæ tantum possunt esse radices; nulla vero omnino datur, quoties radius  $\sqrt{GD^2 - r}$  minor est minima ex tribus, vel una illa, quoties una tantum est.*

*Jam quāle spatiū hoc sit, quibusq; limitibus discernitur, ac quibus conditionibus radius Circuli minor vel major sit prædictis perpendicularibus, nobis restat inquirendum; ac primum quo pacto perpendicularis in Parabolam demitti possit ostenden-dum est.*

Sit ABC Parabola, AE Axis ejus, AV (Fig. III.) semi-Latus rectum, G punctum de quo demittenda est perpendicularis: Ducatur Axi perpend. GE, ac biseetur VE in F, & eretta perpend. FH ad idem Axis Latus, fiat  $FH = \frac{1}{4}GE$ ; dico quod Circulus, Centro H, radio HA descriptus, Parabolam intersecabit in punctis tribus vel uno Z; ad quae duet & recte GZ Curva Parabolicæ perpendiculariter insistunt.

Ut autem tres sint hujusmodi intersectiones, oportet centrum circuli H ita collocari, ut sit intra spatium Paraboloidibus (in Fig. I.) inclusum; hoc est ut  $FH$  minus quam  $\sqrt{\frac{8}{27}}VF^3$  sive  $FH^2$  minus quam cubus ex  $\frac{2}{3}UF$ : atq; adeo  $GE = 4FH$  minor erit quam  $4\sqrt{\frac{8}{27}}VF^3$  sive  $4\sqrt{\frac{8}{27}}VE^3$ , hoc est quadratum ex GE minor erit quam  $\frac{16}{27}VE^3$ . Coincidunt itaq; hi limites cum Paraboloidibus duabus ejusdem generis cum iis quibus in Cubicis usi sumus, sed quarum Latus rectum duplo minor est; viz.  $\frac{7}{16}$  Lateris recti Parabolæ, hoc est  $\frac{7}{8}$  ipsius AV: ideoq; ea ipsa est linea Curva cuius evolutione generatur Parabola, sic demonstrante Hugenio; quamq; semper contingit linea DF, (Fig. II.) qua Parabolæ perpendiculariter insit in punto D. Punctum autem P, sive in quo contingit recta DF Paraboloidem, centrum est Circuli, qui radio DP descriptus cum Parabola in punto D coincidit, sive ejusdem Curviiatis est; ut per se satis constat.

Descriptis itaq; hujusmodi Paraboloidibus VXP, VN $\Delta$  (Fig. II.) utrinq; ab Axe; perspicuum est quod, nisi centrum Circuli constituantur intra hos limites, non possit ille pluribus quam duobus in punctis Parabolam intersecare: unde determinare licet quibus sub conditionibus Coefficients terminorum intermediorum coercentur, in aequationibus Biquadraticis, ut habeantur quatuor radices. Ac prima fronte clarum est p majorem esse non posse quam  $\frac{1}{6}b^3$  (scil. in formulis ubi habetur  $+p$ ) nec q quam  $\frac{1}{6}b^3$ . Generaliter vero  $\frac{1}{6}b^3 \mp \frac{1}{4}pb^2 \mp \frac{1}{6}q$ , id est distantia centri ab Axe EG, minor esse debet quam EH  $= 4\sqrt{\frac{8}{27}}VE^3$ . hoc est (ob  $VE = \frac{3}{16}b^3 \mp \frac{1}{4}p$ ) quam  $\frac{1}{6}b^3 \mp \frac{1}{4}p\sqrt{\frac{8}{27}}b^3 + vel - p$ ; signis + & - in dubio relictis, ut secundum aequationis cuiusvis naturam variari possint; quemadmodum

admodum in Cubicis superius ostensum est; ac nollem doctis tam  
dium injicere, aut dissentibus singula particulatim rimandi vo-  
luptatem ac exercitationem præripere.

Termini autem ultimi r limitatio eadem facilitate inveniri  
nequit; id adeo, quia Problema sit Solidum, in Curvam Para-  
bolæ demittere perpendicularem, quodq; non sine solutione æ-  
quationis Cubicæ resolvi possit. Itaq; prima loco deficiat secun-  
dus terminus, vel si adfuerit, tollatur, ut æquatio habeat formu-  
lam  $z^4 \cdot * \cdot p z^2 \cdot q z \cdot r = 0$ . Ac si fuerit  $-r$ , semper duabus  
vel quatuor Radicibus explicari potest; ut autem quatuor sint, o-  
portet centrum circuli intra Paraboloides prædictas constitui,  
sive ut sit  $-p$ , ac  $qq$  minus quam  $\frac{8}{27}p^3$  sive cubo ex  $\frac{1}{3}p$ . Deinde  
habeantur radices æquationis hujus  $y^4 \cdot * \cdot \frac{1}{3}p y \cdot \frac{1}{3}q = 0$ ,  
quantitatibus  $p$  &  $q$  iisdem signis annexis quibus in Biquadra-  
tica. Hæ autem Radices auxiliis Tabulae Sinuum satis expedite  
inveniuntur. Inventis autem tribus illis  $y$ , (quaæ sunt ordi-  
natim applicatae ad Axem Parabolæ, de punctis ubi incident per-  
pendicula in Curvam ejus. scil. Z Y in Fig. III.)  $p yy - 3y^4$   
ex minore  $y$ , quantitatem maximam r designabit, si fuerit  $-r$ ;  
qua si minor fuerit  $r$ , æquatio quatuor habebit radices, aliter du-  
as. At si fuerit  $+r$ , oportebit eam minorem esse quam  $3y^4 - pyy$   
ex media  $y$ , nam si major sit, non nisi duas habere potest radices,  
saltem si minor sit r quam  $3y^4 - pyy$  ex maxima  $y$ . Hac  
vero si major sit, nulla omnino radice vera explicabilis est æqua-  
tio. Hi vero iidem limites aliter designantur ex quantitate  $q$ ,  
scil.  $\frac{1}{3}q y - y^4$  in primo casu,  $y^4 - \frac{1}{3}q y$  in secundo, ac  $y^4$   
 $+ \frac{1}{3}q y$  in tertio.

Fieri autem potest ut duæ minores quantitates  $y$  non longe  
dissent ab invicem, unde evenit quod utraq; ex perpendiculari-  
bus major sit quam recta G A, scil. cum  $q$  q majus sit quam  
 $\frac{8}{27}p^3$ , minus vero quam  $\frac{8}{27}p^3$ ; cadente centro intra spatiū Pa-  
raboloidibus utriusq; Figuræ I & II interjectum. Hoc in ca-  
su, si fuerit  $+r$ , non nisi duæ possunt esse radices, existente  $y^4$   
 $+ \frac{1}{3}q y$  ex maxima  $y$ , major quam  $r$ ; aliter nulla. At si  $\frac{1}{3}q y$   
 $- y^4$  ex minima  $y$ , maior fuerit quam  $r$  signo—notata, r vero  
major quam  $\frac{1}{3}q y - y^4$  ex media  $y$ , tunc habentur quatuor ra-  
dices

dices; at duæ tantum si vel major priore vel minor posieriore inventa sūr r.

Si vero in æquatione fuerit  $+ p$ , vel si sit  $- p$  q q maioris fuerit quam  $\frac{1}{2}p^2$ , æquatio  $y^3 + p y^2 + q = 0$  unica tantum explicatur radice y; hoc est una tantum perpendicularis de centro Circuli demitti potest: unde certo concluditur duas tantum radices haberi posse in æquatione data, quarum summa, si fuerit  $- r$ , cum quantitate r augetur; at si habeatur  $+ r$ , obtenta quantitate y, quantitas illa r minor esse debet quam  $y^4 + \frac{1}{2}q y^2$ ; nam si ea major sit, æquatio proposita absurdâ & impossibilis est.

Longum & superfluum esset omnes hujus census æquationes percurrere, cum ex jam dictis attendenti satis evidens sit, quæ Negativæ, quæ Affirmativæ sint; atq; quod Radicum barum Limites ex quantitatibus inventis y petantur. In exemplum vero, quod cuivis in ceteris imitari licet, proponantur indagandi limites five conditiones, sub quibus in Æquatione Biquadratica & Radices Affirm. dari possint. Hoc autem fit quoties centrum circuli G ponitur in spatio UPK, (Fig. II.) ac simul habetur  $+ r$  five Circuli radius minor quam GD: Unde patet, æquationem de qua agitur hujus esse formulæ  $z - bz^2 + pz^3 - qz^4 + r = 0$ ; p vero majorem esse non posse quam  $\frac{1}{2}b^2$ , nec  $\frac{1}{2}pb$  hoc in casu, quam  $\frac{1}{2}b^2 + \frac{1}{2}q$ ; deinde opus est ut  $\frac{1}{2}p b - \frac{1}{2}p$  in  $\sqrt{\frac{1}{2}b^2 - \frac{1}{2}p}$  major sit quam  $\frac{1}{2}b^2 + \frac{1}{2}q - \frac{1}{2}p b$ ; & ex his limitibus certo constabit centrum intra spatiū UPK inveniri. Ut vero definiatur quantitas r, solvenda primum est Cubica  $y^3 + p y^2 + q y + r = 0$ ; & habebuntur puncta, in quæ perpendiculares de centro in Curvam Parabolæ cadunt.

Inventis autem tribus valoribus hujus y, r minor esse debet quam  $\frac{1}{2}b^2 + \frac{1}{2}b q - \frac{1}{2}b b p + 3y^4 - \frac{1}{2}b^2 y y + p y y$  ex media y, major vero quam  $\frac{1}{2}b^2 + \frac{1}{2}b q - \frac{1}{2}b b p + 3y^4 - \frac{1}{2}b^2 yy + p y y$  ex minima y. Hos vero limites si excedat r, non nisi duæ Radices haberi possunt. Deniq; si  $\frac{1}{2}b^2 + \frac{1}{2}b p - \frac{1}{2}b b p + 3y^4 - \frac{1}{2}b b y y + p y y$  ex maxima y, minor fuerit quam r, æquatio proposita impossibilis est.

Accidit etiam ut quatuor sint Affirmativa, cum Centrum G constituitur in spatiolo VTS; ducta scil. RTS perpendiculari in medium suppositæ linea AD: Hoc autem fit cum p major est quam  $\frac{1}{6}bb$ , ac  $\frac{1}{6}bb - \frac{1}{6}p \sqrt{\frac{1}{6}bb - \frac{1}{6}p}$  major quam  $\frac{1}{6}pb$  —  $\frac{1}{6}bb - \frac{1}{6}q$ . Quo in casu semper duæ, aliquando tres ex Radicibus sunt majores quam  $\frac{1}{6}b$ .

Notandum vero hic limitem illum ex minima y produetum, aliquando negativum fieri, sive minorem nihil; quoties scil. maxima ex tribus perpendicularibus major est quam GD. (Fig. II.) Hoc si acciderit quantitas + r à limite prescripto ex media y, in nihilum minui potest. Defectus vero limitis ex minima y monstrat quanta possit esse — r in aequatione, si habeantur tres radices Affirmativa ac una Negativa; quam si excedat, non nisi duæ, altera Affirmativa, altera Negativa, dari possunt. Hac autem omnia demonstrantur ex eo quod prædicti limites quantitatis r, sunt differentia Quadratorem linea GD & perpendicularium in Curvam Parabolæ.

Ob perplexas vero cautiones, quas parit in aequationibus hisce signorum diversitas, præstat semper secundum terminum tollere, ac deinde juxta præcepta jam tradita radicum numerum ac signa inquirere; præsertim si quantitates illæ y non multum distent ab invicem. Ex quatuor autem hisce radicibus Affirmativa, duæ semper sunt minores quam  $\frac{1}{6}b$ , duæ vero majores; nempe si DG minor sit quam AG, sive  $\frac{1}{6}pb$  quam  $\frac{1}{6}b^2 + q$ . Tres autem minores sunt quam  $\frac{1}{6}b$ , quoties perpendicularis media, sive ex media y inventa, major est quam AG, sive  $\frac{1}{6}bby$  major quam  $3y^3 - py^2$  ex eadem media y; Quarta vero & maxima radix major est quam maxima y +  $\frac{1}{6}b$ ; aequatuor autem differentia ipsius b & summæ ceterarum trium radicum, ideoq; minor est b. Sed jam Manum de Tabula; Fortassis illi qui naturam Parabolæ penitus perspectam habent, majori compendio hæc omnia peragere valebunt; at si quantitates hæc omnes b. p. q. & r, absq; resolutione Cubicae aequationis rite determinari possint, non sine causa ambigitur; quæcumq; enim aequationibus planis hæc in re sunt, non veros limites, sed approximationes tantum exhibent.

N. 190.




Fig. I




Fig. II

Fig. III